

*Ad hunc Titulum. Walter* 198  
**Æ D E S  
PALATINÆ**

Ex Avitis Domûs Illustrissimæ TIGNIS  
Illustrissimi & Excellentissimi Dñi  
*D O M I N I*

**IOANNIS ANDREÆ  
PLATER  
PALATINI ET CAPITANE  
LIVONIÆ**

*In*

Stationem Honoris,  
Et perennaturæ gloriæ incolatum:  
Fortuna & Virtute architecta

*Erecta*

Atque in auspicato eiusdem Illustrissimi in Palatina  
tum ingressu,

*Ad*

Publicam **LIVONIÆ** felicitatem  
Totiusq; Litvani Orbis spectaculum

*aperta.*

Ab addictissima **PALATINÆ DOMUI**  
Residentia Dunebrgenfi,  
Societatis **IESU.**

---

*Anno Domini 1695*



# In Ædes Palatinas

*Mulciber in Trojam pro Troja stabat Apollo:  
Inter discordes non stetit illa Deos.*

*Firma PALATINÆ durabit gloria molis,  
Pro qua stat Pallas Mars & Apollo simul.*



*Inter maxima operum, eminet Augusti Palatium ( nunc Ædes PALATINÆ ) quod ille in monte Palatino, quâ Aventinum spectat & C. maximo imminet, Marti Vltori, Ducumq; memoria struxit: & statum triumphantium effigie in utraq; porticu dedicavit. Sveton: in Aug: cap. 29. de quo etiam Ovid: 5. Fast:*

*Vltor ad ipse suos calo descendit honores,  
Templaq; in Augusto conspicienda foro.  
Et De: est ingens, & opus,*



# Illustrissime & Excellentissime PALATINE



Admirabitur quispiam eam tenuitatis nostræ audaciam in te-  
meritatem, quod Basilicum Palatine Domûs Tuae limen, ho-  
noris gloriaq; stationi erectum non invitati subeamus. Ve-  
rùm facilem dabit veniam, quisquis perpenderit, magnorum  
Procerum atria, commune id habere cum Numinum aris,  
quod utraq; nullo venientium discrimine, in commune pate-  
ant solatium. Facit præterea hanc nobis confidentiam tuus in li-  
as favor,  
quarum majestatem Senatoriâ amplias dignitate, efficitq; ut eodem cultu &  
Mecœnatem in Te veneremur & Maronem. Vnum est quod nos Palatine  
Ædis ingressu prohibet, & in ipso limine ponit obicem, nostra scilicet vere-  
cundia non Tua humanitas. Erubescere ad Palatini muricis aspectum hu-  
milis cogitur eloquentia, & concolorem trabeæ Tuae induit colorem, rubo-  
re quàm verborum cultu ornator: dum tacita secum perpendit, ad Tuam  
hoc est Poloni Cynea facundiam, in cuius verba - - atronitum jurare Sena-  
tum vidimus & doctis subsellia plaudere dictis: suam non posse assurgere di-  
tionem. Profecto, si quando, nunc certè inter ipsa dicendi auspicia exalbescat  
cesse est orator pro Domo Tua Tullius, atq; ex usitata exordiendi formula  
pavore prius palloriq; litans totis artibus contremiscat, dum ad Tui nomi-  
nis magnitudinem suas metitur & explorat vires. Non ideo tamen à susce-  
pta mente deterreri patiemur, gnari magna Nomina ut magna Numina  
non melius ac ipsa humilitate coli, eòq; gratiorem esse saperis cultum, quò de-  
missiorem. Scimus antiquitate teste non solos olim Mæonios olores, verùm  
minoram etiam gentium volucres sua Delphico Apollini pennas consecras-  
se: proinde neq; nos repulsam formidamus. Tibi erudito ævi nostri A-  
llini, scriptorios in tributum dicamus calamos, pro sepia Tuis imbutos  
comijs, quamvis non ad eam styli sublimitatem evoluturos, quam Tuae glo-  
ria exigit celsitudo. Dignior Tu quidem olorum pennis, qui Tuam cantan-  
tes sublime ferant ad sidera nomen, dignior meliorum scriptorum calamis,  
qui Te non humili volatu sub ipsa evehant astra: sed neq; humilioris penna  
officium dedignaberis, quam Tuae Palatine Domui ceu Delphico oraculo  
volumus esse dedicatam. Hæc itaq; leti veniâ, imus ad Basilicum Domûs  
Tuae limen, tot decorum regiam, tot meritorum augustale, imus in populo-  
rum consortio, animorum satellitio, honorem inquilinum & magnos adora-  
turi Lares. Imò plura ausi Domum Tuam ad publicum Livonia totiusq;  
Litvania hodie pandimus spectaculum, Te inconsulto, domesticos Tuos splen-  
dores omnium lastrandos oculis, & publico populorum aspectui exhi-



ituri. Videbit hinc Lituanus Orbis aruita illa Prosapia Tua decora à tot se-  
culis ad nostram servata atatem, spectabit tot sacra Heroum simulachra, &  
atatum senio venerabiles, longo squallore decoras, ipsa vetustate venustissimas  
Majorum Tuorum effigies, lustrabit parta bello & pace trophæa, hostium  
feroces exuvias, videbit deniq; illas intime admissiois virtutes, illa animi  
ornamenta, quæ hæctenus pulchro ingenio Tua occultabat modestia, ne luci  
permissa publica mortalem laderent palpebram tantis fulgoribus inassuetam.  
Nihil hinc publica exponemus luci quod non sit Tuum: nam neq; Tibi alienis  
mos est radiare fulgoribus, neq; nobis in usu est familiaris illa assentatricis  
facundia metaphora aliena videlicet laudis translatio: unde non tam in Tuis  
desudare encomijs, quàm potius gloriosè gesta pennæ indicio, præsentì mon-  
strare, secutura consignare atati volumus. Caterum si in hoc quoq; munere  
impar (uti exilibus mos est) fatiscet oratio; attolle. eam non impari superis  
celstitudine, verborum inopiam gestorum supplebis copiâ, informem dicendi  
formam ornabis materia venustate, exiguoq; labori dabis pretium Nomi-  
nis Tui amplitudine. Cui se devinctam nexu æternum duraturo profitetur

Illustrissimæ ac Excellentissimæ  
Dominationi Vestræ  
addictissima

Residentia Duneburgensis  
Societatis I E S U.



A T R I U M  
P A L A T I N Æ Æ D I S  
Illustrissimis Maiorum imaginibus  
adornatum.

*Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,  
Urbe fuit summâ, hinc primos attollere fasces,  
Omen erat - - -*

*Quin etiam veterum effigies, ex ordine avorum  
Antiqua ex cedro Italusq; Paterq; Sabinus,  
Saturnusq; Senex, Ianiq; bifrontis imago  
Vestibulo astabant, aliq; ab origine manes,  
Martia, qui ob Patriam, pugnando vulnera passi. 7. Æneid.*

**A**Ttolle lætuosis innutritam spectaculis palpebram  
Livonia, atq; deterfa mæroris nube, noua amænioris  
scenæ maiestate tuam solare pupillam. Ponite spes  
humile, populi, basilicum vobis Limen ad publicam hodie  
pandit felicitatem, domestica Palatini vestri Gloria: ubi  
demum post irrequietos anhelæ spei æstus fortunatam  
vota vestra inueniant stationem. Tu quoq; nostræ felici-  
tatis auspex Illustrissime Palatine, patere coronatas re-  
gijs favoribus ædes Tuas publico hodie patere specta-  
culo, admitte in hilaritatis contubernium confluentium  
populorum gaudia, quæ nobis Tua hodie: dicam potius  
nostra imperat fortuna. Non aliter enim de Tuo ac de  
nostro lætamur fastigio: euehi Tecum sua quisq; sentit  
desideria, attolli spes, coronari vota, partemq; nostræ fe-  
licitatis arbitramur, Te in sublimi conspiciari; in quem pri-  
dem animis, desiderijs, votis conspiravimus. O quantis  
hactenus pro ea felicitate aras & astra fatigavimus desi-  
derijs! quo non expalluimus metu? antequam Tu in hac  
trabea erubesceres. Quâ non premebatur sollicitudine?



ut Te supra populorum vertices attolleret fortuna. Id u-  
nicè & publica omnium vota & privata singulorum an-  
helabant studia. Id unum & Procerum suffragia, & Regia  
spectabat benevolentia; quæ ut probatam tot periculis  
Tuam præmiaretur virtutem, exemplo Traiani ad obli-  
gandas cicatrices Palatinam offerebat purpuram. Quoties  
deniq; hæc ipsa, quæ nunc non minùs ad modestiæ rubo-  
rem, quàm virtutis ornamentum effulges, quoties inquam  
Tibi ultrò se trabea supplex obtulit? quoties ipse ambi-  
tionis re . . . limen adiit, pullavit ostium, admissionem peti-  
it honor? verùm expectandum adhuc erat, donec basili-  
cum Tuæ Domùs Augustale Petri clavibus aperiret re-  
ligio, viamq; dignitati, per depressa hæresum capita f-  
ret triumphalem. Scilicet hoc unum ad gloriæ Tuæ a-  
cem, ad meritorum coronidem deerat; ut post succisa hæ-  
resum capita, in proprij Capitis subiectione, Vaticano Ca-  
pitolio trophæum erigeres: & inter cæteras manubias, ca-  
ptivum quoq; in obsequium fidei duceres intellectum.  
Et iam indulgère hanc Tuæ virtuti gloriam, hæc nostræ  
expectationi solatia boni Superi; ut tandem depulsâ erro-  
ris nube, ad veritatis lucem respiceres Heros Illustrissi-  
me, in honoraria Lechnæ. Senatùs trabea, melioris regni  
factus Candidatus, Poliq; simul & Polonæ curiæ magnus  
Civis. Coronâsti tandem aliquando Patriæ vota, cumulâ-  
sti religionis gaudia, ipsius demùm Vaticanæ Maiestatis  
oculos recreâsti: cui post coronatos Regum Cæsarumq;  
vertices, quos illi ad plantas solita Christianitatis demisit  
reverentia, nobile de profligata hæresi trophæum erexisti.  
O Trophæum Româ dignum! quod illa meritò post  
Pompejanos Marijq; triumphos, veteribus imponat colof-  
sais: atq; inter numinum aras, heroum simulachra, Te no-  
vum ævi nostri ostendet Herculem, Alemanæ Lernæ  
domitorem. Sed quò tandem ab augusto Palatinæ Ædis  
vestibulo



vestibulo fallax vestigij deviavit oratio? ultra artis leges  
ultra dicendi propositum, quodam abrepta impetu? Ignosce Senator amplissime: Tux id gloriæ magnitudo, nostra  
deinde lætitiæ vis facit, quæ omnem oratori adimit liber-  
tatem, dum eam quam corde nequit capere, in obvio  
passim argumento effundit felicitatem. Dabimus attamen  
hanc exuberanti affectui legem, ut si non ad dicendi ap-  
paratum, saltem ad dicendorum attendat ordinem: imò i-  
pſius quoq; linguæ parcemus officio, nec tam svadæ, quàm  
potius spectatricis palpebræ ductu, in basilicum gloriæ  
Tux ibimus Penetræle.

*Et iam Apparet Domus intus & atria longa pateſcunt. Virgil.*  
Apparent magna Palatinæ Domus propylæa, magnis  
maiorum dicata manibus, multis decora imaginibus, augu-  
stis veterum ex ordine Avorum Spectanda simulachris.  
Video, video non iam propinquos casui, plantis tempo-  
ritate abeſis,

*Stantes in curvibus Æmilianos,  
urſos iam dimidios, mentoq; carentem*

*Calvum.*

Sed adamantina immortalium Heroum simulachra: anno-  
rum senio vividas, ipſo ſquallore decoras, ipſa vetuſtate  
Illuſtres, Tuorum inquam Illuſtriſſimæ Palatine Aborigi-  
num Effigies, quos præmiatrix cælo inferuit æternitas, ter-  
ris verò reliquit poſthuma in animis hominum memoria.  
Specto tot magna belli Numina, tot magna Curix Nomina,  
inſignes laticlavijs Heroſios, tot deniq; Fortunatos  
multiplici laurea Bellatores. Primus in obtutum venit, ocu-  
loſq; inſolitâ vultûs rapit maieſtate IOANNES de Bre-  
le PLATER: qui ex inferioris Saxonix Veſtphalixq; ſe-  
dibus, in Livoniam cum fratre veniens, (Anno Dñi 1224.)  
auguſtam heroum deduxit coloniam. Pulchra fanè, nec  
citra virtutem tranſlatio: quæ non ideò in alienum ſolum



magnos transplantavit Indigenas, ut uberiùs crescerent,  
ui ex se, virtute, & excelso Vestphaliæ Procerum san-  
vine clari, externo lumine minimè indigebant. Patrios  
nim liquerunt Penates, non quòd Fortuna Domi esset  
minor, sed quòd animus esset orbe major: adeòq; Patria  
non contentus magnitudine. Habent id nempe magnæ  
nimæ, quod generosa germina; quæ tantò feliciùs pullu-  
ant, quantò longiùs à nutrice gleba & Cognatis sibi stir-  
pibus avelluntur. Cernimus magna flumina, majora fieri,  
quò longiùs à nativo abeunt fonte: sensimq; ita fæderata-  
rum accursu lympharum grandescere, ut suam deinceps  
non nòrit magnitudinẽ. Neq; minor ìde Domus Illustrissimæ  
gloria, quia suam peregrino soli debet originem: cum nemo  
ignoret, hoc pacto ingentes in orbe surrexisse principatu s:  
nec aliter fata magnarum rerum moliuntur exordia, quàm  
per spontanea magnorum virorum exilia. Nunquam orbis  
dorasset Romam; nisi magnanimum Æneam per tot dis-  
crimina ponti, inimica circumegisset fortuna. Sic  
ria quoq; desint exempla ) nos etiam Lechum Palæ-  
nonem advenas, in er primos Gentis nostræ numeramus  
Aborigines: sic deniq; tot magnas miramur Domos, quæ  
uos peregrino soli debent fulgores. Adeò nihil ad na-  
taliū magnitudine, n refert, hicne oriaris, an aliunde ma-  
gnus advenias. Hoc ergo duūviratu ingens hæc surre-  
xit Domus, geminisq; Fratibus, ut olim Roma, sua debet  
exordia: planè Romulum & Remum diceres; nisi quod  
*his primi fraterno maduerunt sanguine muri*, illi è contrâ  
hostium cruore victores tinxère gladios: initâq; non tam  
pedibus, quàm armatâ manu, hostilis terræ possessione,  
docuerunt: omne solum forti Patriam, & ubiq; terrarum,  
domesticos esse virtuti Penates. Nondum eo spectaculo  
oculos satiaveram; cum mihi sese spectandum præbuit,  
alter eiusdem Nominis Heros, florente tunc rerum Teu-  
tonicarum



tonicarum statu, proxima ab ipso Ordinis Magistro dignitate, Supremus Campi Mareschalcus. Hic est ille honorarius celeberrimæ militiæ Anteambulo, qui per signata magnis meritorum passibus itinera, ita victrices ducebat Aquilas; ut nunquam ab immortalis gloriæ calle aberraret. ita bellatorem in acie anteibat exercitum; ut simul anticipes fortunæ casus Martiâ præveniret fortitudine. Nec procul inde Palladijs redimitum oleis verticem attollebat **IOANNES PLATER**, Magnus ævi sui Cyneas qui derivatâ in linguam nominali gratiâ, aureo Principum auribus influxit facundiæ torrente. Meminit etiamnum Roma se, redivivum olim in illo spectâsse Tullium cum ad Vicariam numinis in orbe majestatem, in maximis Livoniæ negotijs par tantæ moli veniret orator: eâ facundiæ commendatione; ut ipse Summus Antistes tunc **LEO X**, flexanimam eius svadâ dignam iudicaret; quam ad publica Romanæ Curix negotia adhiberet. Te quoque *Antiste* nibus stare fatis ac inter ipsas radiare umbras video **HENRICE** carum Polono Augusto Nomen: quo auspice & motore, Livonia, Lechico accessit sceptro, - - *acclinesq; stravit Sarmaticis humeros tiarivis.* Tibi profectò Lechicum diadema, pretiosum adeò unionem, Tibi ipse **SIGISMUNDUS AUGUSTUS** verè sui Nominis Princeps, eius tituli debet amplitudinem; cuius Tu augustam majestatem, Livoniæ accessione reddidisti augustiorem. Nec Tu extra mortalis oculi aciem **VILHELME**, Livonicarum copiarum Ductor magnanime, cuius heroica in acie gesta, gloriosa in hanc Rempublicam merita, nullo annorum decursu veterasce-re, nullis fatorum iniurijs imminui, præmiatrix finet æternitas. Impressisti Nominis Tui memoriam Duneburgensicastro, quod ab hostili vindicatum iugo, Sarmatico olim reddideras sceptro: Patriæ deinceps futurum munimen-



tum, & pulchrum non emorituræ apud posteros gloriæ  
Tuæ monumentum. Et iam ad augustius cæteris dela-  
tus simulachrum, hæsi non minùs sacra quadam vul-  
tùs maiestate, quàm artis miraculo attonitus: ita siqui-  
dem diuina quæpiam ars, viva marmori indidit ora; ut  
magnos in lapide spirare manes, pulchra decepti frau-  
de oculi affirmarent. Stabat decoro sublimis vertice  
Heros, atq; vibrare tela manu, minasq; innutrito cædi-  
bus vultu spirare videbatur, adeò;

*Vt nisi captivas vincirent marmora plantas;*

*Iret in hostiles libera dextra globos.*

Sarb:

Hic est ille **GOTHARDUS PLATER** excubia-  
rum Præfectus, Magnus Tuus Illustrissime Palatine  
Genitor, Vir vel inter ipsas mortuales umbras immor-  
talis, quem etiamnum emori non sinit erepta toties ho-  
stibus vita & perennatura in Civium animis memoria.  
Vigil profectò fortunæ Lechicæ excubitor. Arcus, suis  
passim vigilijs bonas Patriæ dedit noctes.  
Somnijs effecit; ut illa placidiùs, inter bello. Iret  
tus & circumsonantia arma suæ felicitatis, secunda quæ  
ceret. Testis imprimis eius vigilantix, noctium præ-  
ces Thracia Hecate, quæ ne infaustis radijs Lechica  
fortunæ fatales offunderet somnos, suis ille obstitit vi-  
gilijs, ignea virtute atras inimici sideris umbras de-  
bellendo. Sensit vigilem in sua fata eius acinacem  
vicinus quoque Septemtrio, cuius ille nativum gelu  
martio accendit calore, dum hostilium urbium pe-  
diam in cineres abire cogeret. Atq; hos etiam ve-  
neratus Manes, dum ad reliqua Heroum decora suspen-  
sum flecto gradum; ecce sub aspectum venit fatale  
Moschis fulmen, Martis Sarmatici amor, Regis invi-  
cti dextera, Tuus inquam Illustrissime Palatine Patru-  
us, Vir æternâ sæculorum memoriâ dignissimus. Supe-  
ri



ri! quot ille cladibus arctoam rubefecit canitiem, bella  
**VLADISLAO!** quot cædibus nativum Hyperbo  
soli domuit gelu! non æquè mihi referre, ac illi olim ag  
facilè censeo. Meminère etiamnum Smolensci mæ  
quibus ille, contra tot hostium impetus, validum prop  
in pectore dedit antemurale, erepto & ad hostis pern  
em armato ardui montis cacumine: quod, quantum fate  
hostili tulit ferociæ, quantum Regiæ victoriæ attulit n  
menti; tot iam Sarmatiæ Livij melioribus fastis celeb  
runt. Didicit profectò Barbarus, non minùs de mon  
quàm tumida deiectus mente, qualesnam Sarmatia fer  
Gigantes: qui vel ipsos hostibus montes eriperent, qui  
deinde invisam suo Tonanti tumularent ferociam. Un  
cum iam nullibi tutò stare posset, ad bellaces **VLAD**  
**SLAI** plantas devolutus, victorè maluit adorare, quàm  
vindicem adoriri: aliàs æternum suis tumulandus mur  
mentis; si suo minor fastu, sic se demitteret, in pedib  
victoris clementiæ nactus præsidium, ne graves sentiret m  
nus. Sed quid ego tam subito ab huius Herois panegy  
ad Regias devolvor laudes, cum acclini victoris pedibu  
barbarie, Sarmatici Tonantis fortunam adorare coactu  
parcite spontaneo errori magni Manes, ignosce non e  
moriturâ digne panegyri Heros. Tuum est encomium  
quidquid vocali classico fama accinit orientis ac septem  
trionis Domitori **VLADISLAO**. Rursum non meliùs  
ille extollitur, quàm Tux virtutis præconio: quam ille  
semper probatam non semel Regiâ panegyri extulit glo  
riose. Assurgebant deniq; & alia, ætatum senio veneran  
da, artis prodigio spectanda Heroum simulachra: quo  
præmiatrix celo intulit æternitas, & mortalibus exem  
ptos bustis, terris reddidit posthuma in animis hominum  
memoria. Adstabant longo ordine cognati **THYZEN-**  
**HAVSIORVM** Manes, quorum monumenta æternis  
C2  
confi-



ignata fastis, jam inde ab annis bismille Europã imple-  
unt universam; regna pænè omnia in **TAVRINIS**  
iosissimo ubiq; lustrarunt vestigio. Vidit illos in Ar-  
Præsuleis tiaris Religiosissimos Rigenſis Cathedra, in  
is infulis zelosissimos Smolenscens Ecclesia, Imple-  
unt senatum Oraculis Derpatens Novogrodecens  
atini; **THYZENHAVZIANÆ** Domus ea est  
orea; ut perpetua hæreditate, transcriptos ab Illustrissi-  
Majoribus augeat promoveatq; honores. Taceo mino-  
dignitatum culmina, quæ Magnificentissimo passu Avi-  
Illustrissimæ hujus Prosapiæ peragravit **TAVRVS**,  
nec in Palatinæ Ædis hujus ingressus Atrium, opulenta  
orix spolia in gentilitijs appendit Trabibus. Non me-  
oro affinia illa decora, quæ in augustũ Palatinæ Domus  
namentum, nuptialium fæderum arbiter contulit Hymẽ;  
ætereo Illustrissimas **GROTHVSIORUM** ceras,  
nubialibus illustratas tædis, fæderate **DOIHOF-**  
**IORUM**, **PVTKAMERORVM**, **BEHRO-**  
**UM**, **KETLERORUM**, **BORCHORVM**,  
**AKIENORUM**, **WILMSDORFIORUM**, &c.  
ecora, à quorum concentratis in unum lucis contuberni-  
n splendoribus, Domus hæc, luminum Patria meritò dici  
otest, & quidam terrarum polus, tot sideribus, ad cœli  
avidiam radiatus.

atq; hæc sunt illa magna Domus Tux Numina, Palatine  
Illustrissime: Hi sunt immortales Manes, quorum augu-  
os vultus lustrare duntaxat levi oculorũ iactu, non specta-  
ricẽ licet satiare pupillam: imò diutiùs hære nec Tux  
Palatine Ædis finit maiestas; nec illorum patitur dignitas:  
qui cùm facundiores requirant Plinios, Tuo dicatã hono-  
i paginã, suis encomijs nolunt occupare. Linquimus ergo  
sacra eorũ simulachra, satis magnificentix splendorisq; in  
Te habituri: qui omniũ cõpendiũ es, & genuina tot herorũ  
effigies, vivũ ævi prioris exẽplar, & sæculi nostri ornamẽtũ.



AUGUSTALE  
MARTIS ET PACIS,  
à Domestica Illustrissimi Palatini forti-  
tudine erectum.

*Multaq; præterea sacris in postibus arma,  
Captivi pendent currus, curruq; secures,  
Spiculaq; clypeiq; ereptaq; rostra carinis. 7. Æneid.*

**E**T iam relicto Palatinæ Domûs vestibulo, ac ma-  
gnificis Patritiæ Fortunæ propylæis, in intimum  
gloriæ Tux inus penetrabile: quod ex hostium tro-  
phæis, *Marti Vltori & Paci inquilinæ*, domestica  
Tua erexit fortitudo: Illustrissime Palatine. Non u-  
nius profectò decennij hic labor: utpote cui à prima  
ætate, ferro laureisq; assuetæ insudarunt manus Tux  
in gloriæ apicem deducerent. Nondum  
enim <sup>in aetate</sup> Tibi genas lanugine vestijt ætas, &  
iam <sup>vultu</sup> decorosa castrensi squallore vultum periculis ob-  
ieceras. Tam citò Te ferrea illa temporum calami-  
tas ferro initiavit, Ianiq; Limen ad triumphos & vi-  
ctorias aperuit: ut non immerito speciosam illam Dru-  
si querelam possis usurpare: Tibi *ne puero quidem à  
ferro ferias obtigisse*. Nihil profectò è vitæ spatio Pa-  
trix subtraxisti, ne ipsam quidem adolescentiam, quam  
pleriq; aut in culis, mensarum inter lautitias, & madi-  
dos Lyæo dies: aut, quod peius, domesticos intra Pe-  
nates, & marcida luxu atterunt otia, strenui pro focis ath-  
letæ: quos, succisis in trophæa ignaviæ lucis, contra vim  
hyberni frigoris tuentur. Tibi primam ætatem, *inter  
laurigeros aluerunt Castra triumphos*. Maluisti eo tem-  
pore, quo pleriq; ad sinistra & lupercales saltus citatos  
erudiunt pedes, manus aptare capulo, aures ad classica,



palatum ad Castrensem edocere frugalitatem. Hæc  
tua voluptas, hæ generosæ mentis erant illecebræ:

*Frigora sæva pati, gravibus non cedere nimbis,  
Æstivum tolerare jubar, superare sonoros*

*Amnes: in clypeo vigiles perducere noctes.* Claud:

Hæc sola palati illicia, sudoribus eliquatas - - in galea  
potare nives, hoc deniq; unicui famelicæ virtutis ob-  
sonium, malis cum gustu vesci, quæ Tibi extra Alci-  
noi hortos, tolerata sub frigido Iove vita, & minimè  
delicatus obsonator Mars abundè in robustum duratæ  
patientiæ suppeditabat alimentum. In his laboribus  
prima Tibi transijt ætas, in his reliqui elapsi anni:  
quos non tam redeuntium mensium orbibus, quàm præ-  
lijs & trophæis distinxeras. Nullus pænè dies, nisi  
Martis, nullus mensis, nisi Martius, nullus deniq; an-  
nus, quem non geminatis victorijs, Patriæ redderes me-  
morabilem, hosti faceres Climactericum.  
Tibi Dexterae Tux invictum robur, Patris  
dator Leo, & magnificos ausus non uno die ca-  
gatos, succisas tot ictibus altas spes, excussa; rapta  
ab ungue spolia toties ingemuit; quoties in Te novum  
Sarmatiæ incurrit Herculem. Armaverat ille totam  
Balthidem in ultimum Poloniae naufragium: parum di-  
xi: centuriatam sub Sveticis auspicijs vidimus Euro-  
pam: ita disponentibus Fatis, ut plures Polonia nume-  
raret hostes; quò plures deinde triumphos recense-  
ret. Et iam decumana undantium armorum procella,  
vicinam quoq; inimico littori alluebat Livoniam, haud  
dubiè tanta illuvione absorbendam, nisi Tu è cæsum  
tumulis hostili aggerem posuisses ferocia. Risit illa  
deinceps tanto minaces sonitu fluctus, non alio de-  
mùm auctos fænore, nisi quòd Finnoꝝ sanguine tu-  
midi in suum remearent Oceanum. Meminère etiam-  
num



num tot cladibus mēmorabiles Bowscenses Campi, ubi Sudermanici Leonis mēdullam, roburquē, Tibi novo Sarmatiæ Achilli, in triumphale pabulum & ignea virtutis alimentum, Fortuna obtulit. Quis tum obsecro magnanimi pectoris ausus? cum impari numero, maiore animo, Spartana fortitudine, Macedonis felicitate Sveticum duorum millium agmen sub solis occasum aggressus, ipso Phæbo funeream hostibus ad inferos præferente facem, ter centum gratas Libitinæ immolasti victimas: daturus plures; si pari furore in ruinam cæteri festinassent. Cedebant passim prædatores illi manipuli inferno Diti in prædam, Tuo verò victori gladio in pulchram gloriæ messem: & qui hiante magnis spebus ore universam devoraverant Livoniam, illiso cespiti dente, non plūs terræ occuparunt, nisi quantum parando tumulo, regendisq; infelicibus exuvijs sufficeret. Verum pulchrius ibidem spectaculum Tua dedit Clementia, cum infelices illas hostium reliquias, aliàs male feriato Marti cenuras in pabulum vitali donares luce: novum quodammodo victis infundendo spiritum, quos iam Tui acinacis metus, pro domo Libitinæ pallore, reddidit exanimes. Victi nimirum infractum aliàs pectus pulchra, hostilis hæret, Christiani tamen sanguinis parsimonia, ut eligeres ceterius Gothicæ militiæ flore, quem in victrices Tuis manus Fortuna dederat, Sarmaticæ maiestatis Civimq; oculos recreare; quàm ex cæforum truncis de olorem sanie laurum carpere. Induerunt non minus animis quàm manibus vincula Captivi Finnoꝝ Duces Aderkassius & Iskiellus bis victi, quia vivi: neq; inviti ferebant compedes, quorum præcordia arctiori illigavit nexu arbitratæ necisq; Tua clementia; quæ dum vitam captis indulgit, calamitatis ademit sensum. Non memoro Tuâ



cet fortitudine, alienis tamen gesta auspicijs, taceo li-  
erata infami compede nobilitatem, profligatos tot  
cladibus hostiles exercitus, atq; incubam illam Sveco-  
um potentiam Curlandiæ jugulo amotam: & quidquid  
emum Litvani illius Herculis Illustrissimi MICHA-  
ELIS PAC tunc Castrorum Præfecti, post gloriosi  
M. D. L. Copiarum Imperatoris, egit dextera: in cu-  
jus gloriæ partem jure venire posses, qui laborum Co-  
nes semper aderas, & Martiæ fortitudinis imitator. Id  
mihi solum dixisse sufficiat: Tua Tibiq; similibus fortitudi-  
ne factum, ut ille Regnorum prædo Carolus, qui se *necdum*  
*vaginato gladio Poloniam debellasse iactaverat*, vel ini-  
ola Livonia retusam victoris ferri sentiret aciem, atq;  
post peragratam victorijs universam Sarmatiam, hic de-  
num metas inveniret terminales, unde retrogrado For-  
tunæ passu, **PLUS CITRA** recedere cogeretur.  
Nondum lassatum cladibus acinacem tabo deterferas,  
cum Tibi novam gloriæ messem Mars arctous obtu-  
lit: veluti à tot cladibus non aliter posses respira-  
re, quam hoste expirante: nec scirent arma otium,  
quamdiu superesset, quem vinceret. Vix enim Balthi-  
ci leonis iras Herculeam domuisti dextrâ, & iam pari au-  
tu prædatrici Moschoviticæ aquilæ ibas obviam, ut eo-  
dem ferro, iisdem animatam odijs, plecteres barbariem.  
Nigra hæc ales planè funeris ipsa sui augur, toties a-  
misit plumas; quoties infelicibus auspicijs in Tuas invo-  
lavit aquilas: toties in palpebra vindicem sensit radium;  
quoties in Tui acinacis fulgorem incurrit, meritòq; à  
tot cladibus atram fuliginem indueret, nisi iam pridem  
candorem exosa, pullato in ceris colore suæ parentaret  
Fortunæ. Meminit profectò, meminit Duna celebris il-  
le Livoniæ Simois *scuta virum galeasq; & barbara cor-  
pora volvens*, quem Tu arctoo sæpius rubefecisti san-  
gvine



gvine, vicissim Tuæ gloriæ militantem expertus, præcipuè cum concussa sub pedibus Perfidix infida glacie, hostiles in tuis oculis hauriret manipulos. Diffidebat nempe solo suæ levitatis conscia barbaries, quod toties innocuis temeravit cædibus, labili proinde elemento suam credidit Fortunam, vel ab ipsis periculis remedium periculo quæsitura, cum iam nullibi esset tutus, præterquam in styge locus. Verùm non diu scelus tulit vindex violati fæderis fluvius, solutaq; armorum æstu hyeme, gelidis sorbuit vorticibus vitali indignam àère ferociam, attonitis tanto spectaculo littoribus, quòd fallax elementi ingenium, adeòq; infido gentis genio non absimile, hostili fidem falleret perfidix. Ibat ergo in profundum gravis sua levitate barbaries, insignem temeritatem toto fluvio eluere coacta: cum interim fæderatus gloriæ Tuæ Neptunus Nominis Tui famam, secundo flumine deveheret, exoneratâq; in Balthidem minaci procellâ, tantæ rei præconium per maritimas oras & peregrina littora circumferret. Et ne quispiam fluctuum potius fraudi, quam Tuæ virtuti eius victoriæ gloriam tribueret, ostendisti, quàm Tibi famulæ militarent undæ, cum superatis succollante Fortuna immanis fluvij vorticibus, non alio quàm armorum usus remigio, clausum Duneburgensi Castro hostem fortiter aggressus, geminata attrivisti clade, amphibia fortitudine in utroq; metuendus elemento. Effuderat sese quidem malis adactus hostium furor, nitratoq; ab arce tonitru, & ignea tempestate detonuit. Verùm contra hæc sævientis Trinacriæ fulmina indemnem laurum Tibi providit Fortuna, cuius præsidio tectus, intactum omnibus periculis verticem circumferres. Ruebas obvias inter illæsus mortes, virtutem laceßere non audentibus fatis: solo ad fatales Bellonæ saltus cespitante sonipede, quem gemi-

E

natis



natis defatigato cladibus, Barbaro Duci vivum adhuc  
cesseras, ut quantocyùs in propriam remearet Carthagi-  
nem. Adeò virtuti Tux tam facilè fuit citra Bucepha-  
i ministerrum famæ Olympia decurrere, quàm equiti  
ferociæ pronum erat ad ruinam properare. Nec segni-  
or Tibi extra Patriam animus, cùm Cannas in hosticum  
transferret Mavors perfidæ Telluri hostilitatis talio-  
nem redditurus. Ibas, imò præibas victrices **CASIMI-**  
**RI** Regis Aquilas, duratas inter arctoo gelu nives, ob-  
itaq; glacialibus pruinis itinera, viam ad victoriam trium-  
phali signando passu. Sic non sola Tibi æstas militari-  
bus effloruit laureis, verùm ipse quoq; December Mar-  
tio animatus calore Augusti reduxit felicitatem, inimicâ  
tellure ad victricis plantæ contactum revirescente. Vidit  
inprimis ingentes pectoris Tui ausus Rossavia, ubi præci-  
puè validis confisæ mænibus ferocia vim placuit admove-  
re, postquam campi copiam nullibi fecit clausa munimen-  
tis hostilitas. Enituit hic enimverò fatorum contemtor  
animus, cùm magni Ænæ Tui indignus Achates, per  
millena pericula, pallidas inter mortos impavidus, sub  
ipsa hostium mænibus penetraret, fatis æquè ac victoriæ pro-  
pinquus: neq; procul aberat, ut aut animi in deditionem,  
aut muri in ruinam inclinarent, nisi iniquus victoriæ cur-  
sum stitisset Mulciber, fauciato Tibi plumbea glande  
pectore, ut hac saltem ratione mortalem evinceret, quem  
invictus in acie animus parem Achilli Semideum omni-  
bus persvaserat. Excepisti infracto pectore sævientis  
Trinacriæ volucre fulmen, quò hostibus palam faceres  
æquè Sarmatis, ac olim Spartanis unicum esse in præcor-  
dijs antemurale. Erexit mox animos hostium ferocia te  
cadente, per quem hæctenus magnam victoriæ partem  
stetisse viderat: quanquam tu gravi licet terræ allisus i-  
ctu, altiorem tamen fatis omnibus gerebas animum, in-  
ter



ter ipsas erectus ruinas, ut non tam cadere; quàm potius manibus pedibusq; hostilis terræ possessionem inire videreris, illud terroris Africæ, fortuitum casum in omen victoriæ trahentis usurpando: *Teneo Te Moscuæ*. Serva-  
vêre Te interim Lechicæ felicitati boni Superi: ne hostiũ furori victima caderes: patuitq; non alio fine, nitratis ignibus in Te sævijsse fata, quàm ut igneam Tuam probarent indolem, quæ à simili pati non posset elemento: nec aliud intendisse videbatur Mulciber, quàm ut hoc, magnanimum pectus notaret signaculo, unde olim Tuam in Patriam pietatem noscerent posteri, & ex mortis charactere legerent prodigum vitæ animum. Quis hinc Spartanam Tuam sub inclementi Iove patientiam, in torrido solis æstu sudatas sub galeis æstates, sub dio & frigidis Aquilonibus pluviosos toleratos autumnos, superata fatorum contemptore ausu flumina, exhaustos merus, devorata pericula, satiatam solâ famæ illecebrâ famem, longas inedias solo gloriæ gæstu obsonatas, restinctam hostili sanguine litim, quæ inquam millena eiusmodi incommoda poterit recensere, quæ facilius gladio in sædifragis hostium cervicibus, ambris stylo in obligatis Tibi Civium animis annotasti, quàm levi pennâ in nabili tinearum alimento possint exarari. Profectò si Te præmiatrix Hero-  
um haberet antiquitas, hæud obbiè fabrilis Te cælo cælo admoveret, animares Tuo vultu saxa, Divorum augeres numerum: quanquam Tu omnem exosus fastum, mavis in Civium animis, posteritatis memoria perennare, extra Phydæ artificium in omnium pectore nactus, ære perennius monumentum. Implebis ergo Tuis laudibus posteritatis fastos, *Te nec ventura silebunt lustra, nec ignota rapiet sub nube vetustas*, sed neq; nostra Tuum nomen reticebit ætas, quam ita in Tua animasti præconia; ut simul malè facundo Momò, si quem Tibi comes magnorum



nominum livor objecerit, ora præcluderes.

*Hætenus armate laudes:* à laureis iam ad oleas, à cædi-  
ous ad curias, pacisq; curas Tecum procedit oratio: To-  
gâ æquè ac Sago Senator amplissime. Etiam hîc Tibi  
magna gloriæ consurgit seges, ubi plerumq; alijs uberiùs  
pullulant vitia. Sunt, quibus Mars ferreus, ferreum im-  
primit animum, cum casside induunt ferociam, ut iam  
post degustata cruoris libamina, aliud gloriæ desipiat ali-  
mentum, nihilq; palatum acuat, præter ferrum. Alijs è  
contrà oleæ umbra quemdam inducit torporem, & quid-  
quid sub galea vigoris, gessit animo totū id exedit quies, taci-  
to quidem, sed majore damno. Periculosa plenum opus  
oleæ, non minùs quàm Martis alex plures testantur Anni-  
bales, quos domestica enervavit Capua, dum post laureas  
hæderam innexuit vertici & ex hostium terrore, super  
mentas bellatores fecit Alexandros, adeò rarior est in  
pace pax, nisi inter pacata otia imbelli bellum indicas  
ignaviæ. Non postrema idcirco Tua laus est, pace belloq;  
invicte Heros, cui ingentem animum nec militaris op-  
pressit galea; nec inter pacatas oleæ umoras togata sopi-  
vit quies. Fortem Te probârunt & laureæ & oleæ, nec  
minùs inacie Martem, quàm in Curia Curium ambidex-  
tra ostendit virtus. Hoste siquidem à cladibus, Te à vi-  
ctorijs respirante, dum arma vacarent, nunquam Tibi va-  
cabat animus à veræ laudis studio, atq; inter ipsas ferian-  
tium armorum inducias, pulchrum Tibi victoriæ genus  
non deerat, quo post superatos hostes de Civium animis  
triumphum ageres, inter manubias decititia popularium  
pectora recensendo. Subegisti passim liberas mentes,  
manu menteq; incruenta, sine ferro, non sine victoria: vel  
ipso longè fortunatior Timotheo Bellator, cui non iam  
inter somni ludibria cæca Dea; sed pro bono Patriæ vi-  
gilanti, Regina mentium libertas, in aureos amoris casses  
pronos



pronos concivium egit affectus. Sic devincta nobilitate non difficile fuit assequi quæ velles, imò etiam quæ nolles, contra obnitentis modestiæ jus, ferre cogebaris, conspirantibus in Te omnium suffragijs, cum Tibi passim Directoralis fastigij Scipionem vel invito deferrent, quo distracta æmularum partium studia pacificator Mercurius componeres. Et quidni singulorum in Te conspirarent animi, postquam dubitandi periculum abstulit Tuus summis etiam par fascibus animus. Neq; per ancipitem alex jactum consulenda erant Fortunæ oracula, ubi omnem ambigendi materiam sustulit meritorum Tuorum magnitudo. In hoc tamen unanimi omnium consensu unicuique supererat Nobilitati cum Tua modestia certamen, dum Tu Honorem recusares, illi e contra parere, subji- cique contenderent. Noveras etenim, hac in parte ut ani- mi magnitudine, sic demissione Trajano non impar, no- veras ex virtutis ingenio, item ipsis indicere suffragijs, u- nusq; dissentire, postquam omnes unanimiter consensis- sent.

Et tateor, sed adhuc Tuis minora  
quædam, quia Tibi cum cæteris communia. Illud verò  
Te supra commune. Honoratorum evehit fortem,  
quod rara tanti fastigij felicitate, principem Nobilitatis  
honorem, directricem illam liberarum mentium regulam,  
non interrupta serie ex omnium voto tenueris. Si enim  
virtutem ad usq; priores commo. & repetitus Honor  
quanta profecto virtutis Tux commendatio? quod raro  
exemplo Tibimet ipsi succedens in eodem munere præ-  
ire & sequeris. Per fasces numerasti annos, per Hono-  
rum intervalla menses, cedentibus Tibi competitorum  
studijs: ita, ut alijs ad Honorem collimantibus, ipse ad Te  
collimare videretur Honor, suum nactus centrum, in quo  
denum pro innato sibi ad virtutem motu conquiesce-  
ret. Hæsit nempe impressa Nobilitatis animo, adeo viva  
virtu-



virtutis Tux species, ut post delatos Tibi semel eos fa-  
ces, alium muneri tanto nunquam optarit Scipionem,  
Te præter, qui non unius tantum Palatinatûs Fortunam,  
sed totius quoq; Patriæ salutem, magna ex parte toties  
sustinueras, quoties inter hostium ruinas pro eius salute  
infractus stetisti Hector.

Nec minor gloriæ Tux Sparta in publicis Regni Ordi-  
numq; Comitijs, ubi continuatis semper vicibus vigilem  
libertatis custodem, atq; Nobilitatis egisti internuntium,  
tanta facundiæ commendatione; ut qui Te audirent, su-  
um Græciæ Nestorem, suum Pyrrho Cyneam meritò non  
inviderent. Suspexit Te semper in illo libertatis Au-  
gustali utriusq; gentis nobilitas, & redivivum cogebatur  
adorare Tullium, sed non pro Domo perorantem, utpo-  
te cui privatus respectus, publici boni venenum, inte-  
gram nunquam afflavit mentem. Verba Tibi, quæ sva-  
dæ divinitatem, dignitatem oraculi referrent: consilia,  
qualia juxta sapientis effatum, non ab homine; sed a Dijs  
requiras: tanta sententiæ gravitas, tantam orationem pon-  
dus; ut satis ad omnium sensum, assensumq; fuerit Tui o-  
ris suffragio approbari. Sufficiat sanè plerisq; speciosum  
Tullij nomen, in illius publicarum curarum theatrum in-  
tulisse: satis habent, si verborum inani strepitu ceu quo-  
dam sacro murmure, rebus afflictis medeantur: boni quidè  
oratores sed mali cives; quia malorum Patriæ ignari  
alum per verborum lusum seriam putant leniri posse ca-  
lamitatem. Tibi non minùs splendide quàm utiliter dixisse  
prima fuit gloria. Planè veteris styli orator, dicebas quæ  
sentires, sentiebas, quæ præsens svaderet calamitas, & quæ  
deinde non sola argumenta, sed ipsi probarent eventus.  
Illigasti passim pulchro fædere boni publici studium fa-  
cundiæ; ut nec Te in illa libertatis ara Harpocrati litate  
constaret, nec inani verborum lenocinio tumeret *vidtrix*  
*opulen-*



*opulencia lingvæ.* Nec minor boni publici studio maj  
statis erat reverentia, quam semper sanctam, inviolatam  
quæ etiam inter pericula servaveras, Tuo exemplo d  
cens, quòd benè conveniat, & in una sede moretur maj  
stas, & a vitæ libertatis amor. Plura longè complecti cup  
rem,

*sed densior instat*  
*Gestorum series, laudumq; sequentibus undis*  
*Obruimur.* Claud:

S A C R A R I U M  
M I N E R V Æ P A L A T I N Æ  
Omnigenæ eruditionis splendidum ap  
paratu.

*Hæc Dea pro templis, & thure calentibus aris*  
*Te fruitur, posuitq; suas hoc limine sedes.* Claud: de laud: Sti

**E** amum Palatinæ Ædis Tux amplitudo est, u  
non uni duntaxat Numini in-augustum sufficiat con  
tubernium Illustrissime Palatine. Vidimus illud glo  
riæ Pantheon, in quo tot magna Numina, quot Majorum  
Tuorum nomina publico cultui exposuit immortalitas  
Vidimus Bellatoris Gradivi Pacisq; togatæ stativa, nun  
ad Palatinæ Minervæ limen Tua nos manuducit gloria  
Est suus nempe Marti æquè ac Palladi apud Te honore  
quam ab ineunte ætate in pectoris contubernium receptat  
nunquam, etiam inter armorum æstus & publicas curas co  
lere destitisti. A prima vitæ aurora iam Musis amicus  
non alijs gaudebas ludis, quàm literarijs. Versasti iam  
tum non miris animo, quàm manu eruditæ antiquitati  
monumenta: *veterumq; labores scriptorum Tibi ludu*  
*erant: ludus inquam, non labor: qui grande literatorum*  
debuisse esse negotium. Alijs plerumq; prima literarum



rocinia, non sine grandi veniunt molimine: non semel  
oculis fontem eliciunt, quo malè arentem diluant fe-  
am: tot fronte sudoris educunt nimbos, ut sterilem in-  
tæ Minervæ irrigent oleam. Tibi nihil arduum, nihil  
blime erat, quò non mentis acie penetrares: adeò iam  
festinatas opes Tibi natura indidit, imminentium  
æsa dignitatum. Non potuit deinceps non crescere  
ætate sapientia; quæ vel in ipsa maturuit pueritia.  
quidquid ab honestis exercitijs quietis supererat, totum id  
porioso discendi studio impendebas. Noveras igneos  
olescentiæ impetus, quos Mars & avita majorum incen-  
ebat gloria, Palladiæ oleæ umbrâ temperare: ut nec to-  
sibi vendicaret præcordia ferri amor; nec generosos  
pectore igniculos Castalij sopirent fontes. Primus Te  
um in Heliconem admisit Apollo, tantoq; gavisus A-  
mno, *Colla super humerosq; Pindi attollens, bellatrices*  
*ocuit tendere pleetra manus.* Aluisti deinde avidam  
orix mentem altrice temporum historia: quæ um Ti-  
anteacta referret; ad agenda pulcorum præb. bat sti-  
ulum. Evolvebas passim veterum monumenta heroum,  
Te ipso non unius olim Livij, suoq; nomine amplioris  
Curtij fastos implet. us. Quid memorem Aristotelem:  
jus Commentarios, non Peripateticâ, diligentia, cursim.  
uc, ut pleriq; ævi nosur, nominales faciunt Philosophi:  
*um nocturnâ solitus versare manu, versare diurnâ.*  
us Tecum in erudit. silidij descendit arenam, qui  
n palmam cederet: victuq; inter triumphos numera-  
et, quòd à Te novo Aristotele, vulnus in animi mede-  
m accepisset. Nihil adeò obscurum erat quòd non  
Tuo illustrares ingenio: nullus difficultatis nodus adeò  
ntricatus, quem expedita mentis acie non solveres, ex  
Aristotele ingeniosus factus Alexander. Non memòro  
Diviniorum literarum peritiam: quas ad prodigium me-  
morix



morix Tuæ impressas menti geris, tam recenti omnium  
sine confusione locorum specie; ut omnes passim, ceu a  
divinum codicem, ad Tuam recurrant memoriam: quæ  
non melius paginis ac Tuæ menti, impressa esse divini  
oracula. Incutiet plerisque non immerito admirationem  
hæc eruditio: verum aliud longe suspicere in Te cogit  
& mirari, Palatine Eruditissime: videlicet quod ad tantum  
sapientiæ fastigium proprio nisu nullius manu ducent  
magisterio perveneris: nullique quam Tibi eruditionis de  
beas gloriam. Non alia Tibi Attica quam Paterna Do  
mus, inter Patritios Penates Athenæ, inter Illustres, Ma  
jorum umbras Academus: Non alius denique magister nisi  
privatus labor: eò quod Te sapientiæ stadium alieni  
inire dedeceret auspicijs: quem omnibus præire voluit, ac  
maxima quæque nata indoles. Quærant alij per tot terra  
rum salique circuitus sapientiam, lustrent Europam, nullis  
parcant sumptibus, ut è peregrinis fontibus aliquid eruditio  
nis hauriant: nullibi præterquam in orbis capite repe  
rretur Minerva aut tantum inter regios Gallix flores  
vernerent laureæ doctarum præmia frontium: cum tamen  
eiusmodi Perepatetici nihil plerumque in Patriam refe  
rant, quam caput vacuum, sarcinasque exotica levitate gra  
ves, & pro ære Patriæ per ridendam diæresim, peregrino  
impletas ære. Tu in Patriæ Minervæ sinu, nativos in  
ter Lares, ad eam proventus sapientiam, quam vel ipsi  
quoque exteri merito suspicerent, discerentque extra Alpi  
nos Pyreneosque montes, suum esse Carpatho, tam Mar  
tem quam Apollinem, nec minus sub peregrino phæbo  
ac frigida Arcto, ignea nasci ingenia.





# P E N E T R A L E

## Virtutum intimæ admissionis.

*Omnes præterea puro que crimina pellunt  
Ore Deæ, iunxere choros, unoq; receptæ  
Limine, diversos Tecum cinguntur in usus.*

Claud.

**N**on satis auro, non satis Patritijs nitent fulgoribus  
Procerum atria; nisi sua quoq; decora, in ædium or-  
namentum virtus conferat inquilina. Squallet o-  
nis basilica etiam majestas, ubi virtutis non adest ful-  
gor: jacet, quantumvis celsior assurgat nubibus moles,  
nam illa non sustinet. Illa est firma basis: sine qua ma-  
gna culmina, nihil sunt, nisi magni cumuli tumulidæ; non  
magnifica gloriæ monumenta. Ridet profectò etiam  
omnis orbis malefanum Neronis factum: qui ut ferreum te-  
neret animum, auream sibi erexit Domum præurosam  
adeò materiam, nullius pretij incolam deit. Econ-  
trà quis non angustias Curiorum suspensam, aut in-  
tellectibus horridam dumis pauperis Ewandri tectas qua  
humili tegmine excellas tegebant animas. Adeò in vir-  
tutis contubernio nulla Domus non regia, nullum tectum  
non basilicum. Hinc iam immo antequam potest, quam  
illudis Domus Tua: fiat largimenta Illustrissime Pala-  
tine: in quam tot animi confluxerunt decora, tot intus  
admissionis virtutes, suam fixere statuenem. Crediderim  
profectò omnes super in adornanda Tua indole laboras-  
se: ita enim quæ virtutis quæ naturæ fulges ornamentis;  
ut unus omnium Deorum decora, unq; compendium esse videri-  
tis.

*singula quemq;  
Nobilitant, hunc forma decens, hinc robur in armis  
Hunc rigor hunc pietas illum libertas iuris;  
In te misit*

Claud:

Imò



Imò ( quod prodigio par mihi videtur ) illa virtutum a  
thiteta, quæ aliàs non bene conveniunt, nec in una sede man-  
vantur, æterno quodam fædere coaluere, mirâq; facilitatè  
& concordia, diversos Tibi famulantur in usus. In Te  
pulchro ligari fædere gestiunt honor & modestia, mag-  
nificèntia & animi modestio, magnæ estuosæ gravitatis con-  
tinentio non mutata, affatus, civilitatis officio non muta, secu-  
dioris auræ blandimenta. haud elata, adversorum impetu  
infracta, uniformis deniq; utriusq; fortunæ arbitra. Vidimus  
in Te rara affinitate iunctam reconditæ prudentiæ  
apertam fidem, quæ facit ut omnem averferis fucum, non  
frontem, non supercilium sumas ad insidias animorum  
malisq;

*Invisos odisse palam, quàm virus in alto  
Condere: nec letam speciem prætere frangere*

• Quid de Iustitia dicam? quam Tu ita Clementiæ conso-  
tio temperasti, ut quoties illa vindices stringeret, fasces  
hæc solpitrax dexteram interponeret, æquitati con-  
sonam tutelam præstaret, ut in difficillimo etiam rerum  
statu, in quo vitia, aut odia incutere primum erat  
omnium laudes mereris. Seu enim consiliarum inter  
partium arbiter, perplexas litas decerneres, faciebas id e-  
plurimumq; dexteritate; ut & in adversa pars flux gratularetur  
fortunæ, & vicis in adversa in sibi non iudicium  
defuisse. Seu etiam in sceleribus irrogata  
pœnam, cavebas magnam, ne aut aliena palpando crimina  
faceres. Tua, aut in fascibus virtutem læc  
res. Illa potissimum causa, quæ non auri  
potest, sed legum vindex, quæ non auri  
de legum vindex, quæ non auri  
ci: ut passim  
Gratius nun-  
bet urbani  
uam Pala-



dimisit, dimisit fortunatos. Vidimus ad Tua limina ceu  
communem fortunæ aram, cuiusvis statûs homines con-  
gere: vidimus.

- - - *populis undare Penates,*

*Affiduos intrare inopes, remeare beatos,*

Nullus unquam inaccessa septa maiestate aures Tuas  
expertus, quas alij monstroso fastu impedi-  
bus gerunt, non si multiplici placandas victimâ. Nullus à limine repul-  
sum tulit: imò nec moram longiorem: nisi quàm sua cuiq;  
verecundia, non Tuus fecit fastus. Annuebas facilius  
quàm alter auderet postulare: id solum negare solitus,  
cuius mox ipse repullâ gauderet,

- - - *Quidquid fuerat deforme mereri.*

Caceam ne hospitales mensas? quas Tu non minus ad  
magnificentix Palatinæ splendorem quàm virtutis pabu-  
m, & eruditæ mentis alimentum inprofe consueveras.  
atebantur sanè omnes convivæ, Domi Tuz Iomum Pa-  
is, simul & virtutis se reperisse ubi æquè spiritali Cere-  
ac virtuti suus esset cultus & cum urbaniore Alcino, &  
idem mensis Cato polyticus frueretur. Sunt sanè, qui  
maris spolia & peregrini soli prædas mensis inferunt, es-  
arijs lancibus regnorum appendunt pretia, & præposte-  
o artificio, non iam ci auri sed aurum conver-  
unt in cibos, novi sæculi nostri Midæ. Verùm in-  
er illices gustus arænitates, nihil est plerumq; quod sa-  
iori palato sapiat, nulla euz mentem pascat eruditio:  
ed Mylesiæ passim fabulæ, salesq; verecundiæ pestes,  
onestatis parricidæ. T talia res mensas non alius  
condivit sermo, quàm aut altrix te historia, aut  
divinioris literæ pabulum. Mens omnes inter sine arte,  
in qua præter delicatas gustus ill quam. N quoq; men-  
tis palato non deerat voluptas, quæ s civil um sciendi ex-  
pleret famer n.



Sola adhuc ad gloriæ apicem, ad perfectam absolutæ la-  
dis symmetriam desiderabatur Religio. Vna ad tantum  
virtutum Tuarum concentum deerat Fides: vel aderat  
quidem, sed quæ, nec veritati, nec Tux virtuti bene  
consonabat. Nominis Tui luci, quam & Patritiæ ceræ, &  
victorium armorum fulgor, & tot virtutum splendor in-  
tenderat, nubem quandam induxerat Lutheri erro-  
rem à Majoribus cum lacte derivatum sequebaris, ne  
hoc quoq; ab illis degenerasse videreris. Quanquam  
Augustanum licet ore professus, animo semper tamen Tu  
probasti Romano-Catholicum. Vidimus Te assiduè  
sacris in ædibus hospitem, suspeximus religiosum ortho-  
doxas ad aras cultorem, rapuisti toties omnium oculis  
quoties ritu Catholico degenibus, Te ipso factus minor  
præsens in ara Numen adorares, ad exemplum ruboremq;  
multorum ævi: Procerum, qui dignitatem obrui pro-  
cumbendo rati, sedentariâ supplicant prece, & grandi per-  
orant eloqui Harvi apud Deum oratores. Quid sacra  
Eucharistico Deo celebritates memo. em? quas Tu æmu-  
lâ veteribus triumphis magnificentia, ad pulchrum popu-  
lis superisq; spectaculum adu. nasti. Præibas passim reli-  
quæ Nobilitati ut dignitatis. Sic magnificæ pieta-  
tis exemplo: collect. sub. ilite, frequentibus  
stipatus manipulis, stior. sacro Ferculo facer  
comitatum. Sonabant interea ad titiæ argumentum, in-  
nocuis animatæ ignibus machinæ, festivasq; Tuo iussu  
exarsit in iras Mulciber, æmulo tonitruum fragore, præ-  
sentem veneratus Tonantem. Inter hæc publica sacre  
hilaritatis inclum, nobilius spectaculum Tua plerumq;  
dedit pietas, cum supplicantium immistus cætui, detecto  
ad reverentiam capite, ipso sole tantæ virtutis specato-  
re, Eucharisticum conitareris Numen. Liquebat iam  
tum quo Tibi Phæbo succensum caleret pectus: palamq;  
H  
fecit



cit omnibus, illa erga Diviniores epulas devotio, quam  
tibi umbratilis cæna desiperet. Taceo propensum in  
cras Deo Personas animum: cuius mihi luculentum præ-  
et testimonium, refecta passim hospitalibus mensis Reli-  
giosorum indigentia, sublevata liberali stipe claustrorum  
gestas: quæ utut silentio involvamus; tacere tamen Tuos  
nostram Societatem favores nec volumus, nec possu-  
mus: quam Tu de loco novissimo advocatam, in pectoris  
Immisisti arcana, nec minimos à Tuæ munificentia fonte  
ceri passus. Pensasti Tuis amoribus, iniqua Heterodoc-  
tum in nos odia, Tuo altissimo sensu, sinistra malevol-  
orum iudicia reparasti. Tibi suum debent pupillæ musæ  
sem, quem Tu munificentia Tuæ fontibus aluisti, lite-  
ris Maronibus liberalis factus Mæcenas. Tibi suos in  
linea Domini debent fructus sparsos Livoniae cam-  
pos, Sociorum operæ: quibus Tu solus dextris dexte-  
re munimento, amicam odiorum inter nos, præbuidisti um-  
bram. Verba me sane deficerent, si Tuorum inire vellem  
numerum meritorum, quæ iam cæli fastis inscripsit æter-  
nitas, nostris vel de pectoribus gratitudo: pro quibus æter-  
num Tibi maneat. Societas IESU, vel hoc i-  
nominis, quæ Tuæ munificentia al-  
terat encomium, in  
ficijs.

itaq; alijsq; indi-  
tore egerit radices veritas Or hodoxa: neq; dubita-  
licuit, quam Tibi Saxonica Babylone carior esset  
Roma veritatis Metropolis. Et iam indulgere hæc no-  
stræ expectationi solatia Cælices, ut tandem in Petri retia  
nobilis venires præda. Agnovisti inter tot variantia  
dogmata discordesq; sectas, indigibile veritatis pun-  
ctum consistere non posse. Nec Te renuere vani illi  
respe-  
qui multorum oculis fatalen quemdam indu-  
cun



tunt fascinum, ut passim erubescant agnitum errorem d  
 ferere, ne inconstantia notam incurrere videantur  
 veluti bonum sit, in malo constantem esse. Tuis ut pr  
 mum beatior lux affulsit oculis, victas veritati dedit  
 manus, palamq; orbi demonstrasti, non indecorum esse  
 Majorum erroribus degenerare. Nituntur equidem atra  
 gloriae Nominisq; Tuo nubem offundere sectarij: quos  
 virtutis fulgor & Palatinae trabae percellit rubor. Ve  
 rum omnem discutit livoris noctem Catholicus ille fe  
 vor, pietasq; qua omnium oculos in admirationem, ora i  
 praconium rapuisti. Exhibent verae religionis argumen  
 tum sacri Penates, quos Tu ex infamibus Lutheri super  
 in Orthodoxa commutasti Tempora.  
 subjectis leges divisum cum D  
 tus. Praebent Tuae piet  
 quos Tu ex usurata C  
 ata universa Familia  
 Regnatrici Ancilla  
 e constat, quan  
 intus agat.  
 artus  
 stina auctori  
 e virtutis ide  
 m. Heterodoxi  
 cant errores.  
 sub Te avit. C. fidei splendor, su  
 us decus, Orthodoxis maestas. Tecum te  
 atinos fascos religio, q; ad Ecclesiae solatium  
 Pa rix decus, a nterou x. ruborem, pulchrum i  
 c ostro sidus calgeas.





L-11  
2-50

A R A P U B L I C Æ S P E I  
E T P E R E N N A T U R Æ  
F E L I C I T A T I S

Tot Illustrissimæ Domûs fulta columinibus  
Perillustribus ac Magnificis Dominis  
IOANNE, CAROLO, FERDINAN-  
DO, FABIANO PLATER: Illustrissimi  
Palatini magnæ sp̄ei FILIIS.

**M**agnum est magnis ortum esse Maioribus, maius  
magnum vivere, maximum deniq; s̄ Ma  
nis Hæredes relinquere; qui  
em, & vitæ Domûs sustineant  
quod mortales non finit em  
uris interesse sæculis, &  
atem oculis intueri  
anc fortunam, pl  
eris felicitater  
ent. O quot  
ent Lucinæ! illi  
eminantq; veris:  
qui damna funeru  
nominis gloriam, à  
ia. Nimirum facit id plerumq; cum magnis nom  
us, quod cum magnis culminibus natura; ut quantur  
quæ sua mole in altum assurgant, pari tamen fortuna & s̄  
o tandem in punctum desinant. Alijs econtrà har for  
em concessere fata, sed ad maius eorum dedecus; dur  
erenissimi aliàs soles nihil post se relinquunt, nisi um-  
bram. Vidimus tæies nobilem Maiorum sanguinem in  
posteris rubescere, dum inglorij nepotes avitos Domûs  
su